



**R. P. Christophori Gillii, Ex Brigantio Lvsitaniæ, Societatis
Iesv, Et in Conimbricensi Academia S. Theologiae
Professoris; Commentationvm Theologicarvm De Sacra
Doctrina, Et Essentia atque vnitate ...**

Gil, Christovão

Coloniae Agrippinae, 1610

Epistola Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82291](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82291)

EPISTOLA AD LECTOREM.

Porro quia non omnia, quæ tractantur, per modum quæstionis proponuntur, singulas partes non distinguo in disputationes, aut quæstiones, sed in libros; libros verò seco in diuersos tractatus: qui, vt plurimum, diuersam materiam, aut grauem eiusdem materiæ partem complectuntur. Tractatus autem per capita distenduntur: capita verò numeris interfecantur, vt facili compendio inuestigari possit id, quod quæritur.

Vnum est, quod beneuolum Lectorem deprecor, nempe longitudo, quæ præter sensum meum in opus irrepsit; quod, vt credo, non verbis, sed rebus ipsis excreuit. Et quoniam non scribebam quæstiones pro cathedra explicandas, sed librum domi ab studiosis perlegendum, satius esse duxi, vt potius nonnullis ad vltiora tendentibus aliqua mittenda occurrerent, quàm vt alij plurima digna scitu inuestigâtes desiderarent. Illud etiâ æqui, boniq; consilium velim, si quâdo quæstiones Meraphysicas, aut Philosophicas Theologicis interserâ: hoc enim non sine exemplo veterum Theologorum præsto, qui ad Theologica dogmata stabilienda, prius philosophicas quæstiones decidebant, tractantes pleraq; apud antiquos Philosophos minimè tradita. A quibus deinde subsequentes Philosophi plurima mutuantes lucubrationes suas locupletarunt. Hoc verò inuitus, ac penè rei necessitate compulsus feci. Nam, cum pleraque conclusiones Theologicæ pendeant non solum ex principijs reuelatis, sed etiam petitis ex philosophia naturali, penes quæ est maxima sententiarum varietas, vt assertiones meæ Theologicæ solidiore fundamento nitèrentur, operæpretium existimaui fore, si meam de principio philosophico sententiam aperirem, & confirmarem.

De his te, benignè Lector, breuiter præmonendum es in Deum pietate, & in proximum charitate, si quid inde dignum occurrerit, in Deum, à quo est omne datum & donum perfectum, tanquam in primum autorem, & idem: si quid autem offenderis incautè, aut minus theopraui affectus vitio, sed ingenij tenuitati ascribendum veritas est, quam velim in his meis commentationibus te ignarus aberro, libentissimè patiar, imò ardenter ad eius semitam reduci. Homo enim sum, & humar puto: & sicut errare hominum est, ita & ad viam alte Ideoque, quacunque tandem via veritas innotescat, & erit: Et ei, cuius ope proficiam, gratias agam immort: fidei, ac morum magistra est Catholica, ac Sacrosanctas, & omnes alias meas lucubrationes, censuræ eius su reuoco, & indictum volo, si quid fortè dixerò, quod rec doctrinæ repugnet.

Tu, quandum laudum, & omne ris referendictum, non s. Sola enim e, à qua si forem à quolibet nihil alienum onitu redire. inimo ample. Quoniam verò ana Eccl. Et iam i, aut Ec

De scopo operis, & ordine.

Cum primum ad scribendum adieci mentem, vniuersæ logiæ, & omnes, ac singulas eius partes complexus am ideam effinxeram, non nihil diuersam ab ea, quàm aut runt. Tamen, quia & in scribendo multæ se offerunt difficultates, medio cursu vita deficit, timeo ne non possim omnia, quæ amplexus fueram, ad exitum perducere. Ea propter eam Theologia quæ de Deo est, in primis aggrediar, dicturus postea de quibus Deo at & vita comite. Hanc igitur partem ita partior, vt primum quidem ag ipsa doctrina sacra, solito more Scholasticorum, qui vel apud Magi

pu
ou

EPISTOLA AD LECTOREM.

prologo, vel cum D. Thoma prima parte, quaestio. prima, de illa disputant. Eam tractationem ego libro vno, qui est quasi procemialis, absoluo. Deinde vero, quoniam omnis accurata tractatio incipit à magis communibus, & ex tribus gradibus entium communibus Deo, & creaturis, nempe esse, viuere, & intelligere, primum locum vendicat ipsum esse, incipiam agere de Deo, quatenus ens est. In ente verò consideratur & ipsa ratio formalis ipsius, & tres proprietates, nempe vnum, verum, bonum: horum ego commentationem tribus libris exequar. In primo, qui erit ordine secundus, agam de essentia, & vnitatem Dei, & ijs perfectionibus, quæ aliquo modo pertinent ad vnitatem. Altero de prima veritate, & attributis, quæ ad ipsam consequuntur. In ultimo vero de summo bono, & perfectionibus illis, quæ bonitati affines sunt. Hoc verò opus, ne nimium excresceret volumen, in duas partes diuisi, tribuens duos libros vnicuique. Deinde verò, quoniam in Deo non est alius gradus vitæ, quam intellectualis, in tertia huius operis parte, agam de vita Dei, discurrendo per omnia genera perfectionum vitalium, ad quem locum pertinent ea omnia, quæ Diuus Thomas, ceterique Theologi disputant de intellectu, & voluntate diuina, & eorum actibus. Et verò, quia processiones personarum diuinarum vitales sunt, tractatio de sancta Trinitate erit tertiæ huius partis appendix. Tandem in quarta considerabo Deum, vt causam rerum creaturarum, expendendo modum omnem causalitatis, qui in ipsum cadere potest: simulque disputabo de primis eius effectibus, & prima rerum creatione, ac statu. Et, quoniam angelus, & homo eminent inter alias creaturas, de ipsis in particulari instituenda est disputatio, quæ terminabitur tractatione de statu hominis integri, in quo primum conditus est. Quod si his absolutis vita suppetat, tunc de lapsu hominis, & eius reparatione, alijsque Theologiae partibus, eodem ordine, ac methodo disputabo.



COMMEN-